et. Ah! bone JESU, quàm anxiè heic de discipulorum pre-
es laboras, quasi solus tantæ angustiæ perferendæ, tanto oneri se-
lo par esse haud possis, sed alienâ quoq; et quidem humanâ ope
geas. O profundissimam humilitatem! Videte, quæso, Au-
tores, altissimi DEI Filium, quasi â DEO hominibusq; planè
elictus esset, sanctissimâ suâ facie in terram pronum. Videte
DEUM justissimum, quasi homo et peccator iniquissimus, ah!
id dico homo? imò verò quasi vermiculus abjectissimus es-
t, miserrimè se torquentem, et vel ex ipsâ terrâ dolorum remedi-
t aut levamen aliquod quærentem, nihilq; magis, quàm ablationem
licis, desiderantem. Hæc, hoc ubi videtis, ecquis vestrûm est,
i non magnoperè miretur, non totus percellatur? Ignosce
rô mihi, benignissime JESU, ut te, hoc unum sciscitaturus, pau-
is compellem. Undè, quæso, tàm vehemens te invadebat pavor? Quid
bi isthanc formidinem, isthunc metum, isthanc perturbationem in-
ciebat? Quâ fini Patrem tuum coelestem tàm anxiè precibus
fatigabas? Quæ ardentissimæ orationis tuæ causa? Ergone' ob-
qui æterno Patri gravaberis, cujus hoc æternum fuit decretum?
Anne' consilium de redimendo humano genere, quod ultrò dedisti,
et exequendum promptus suscepisti, mutabis? Num Te redemptio-
s nostræ perficiendæ poenitebit? Num invitus mortem crucis sus-
ebis? Absint, absint, ô æternùm absint impiæ hæ cogitationes!
Nobis enim, qui longè aliud è sacris literis edocti sumus, non sic
sentiendum, non sic credendum, non sic statuendum. Tu enim spon-
tuâ factus es Patri obediens usq; ad mortem. Tu molestissimum
oc Redemptionis opus perficiendum ipse tibi elegisti. Nemo Te
egit, nemo Te adegit. Et quî aliquis Te cogere, Te adigere po-
isset: qui aliàs omnia liberrimâ voluntate, quæcunq; etiam sunt in
elo et in terrâ agis? Quid? Annon ipse nuper tibi ac Patri tuo

hono-